

Illi admirantur (nec celant gaudia) lingua
 utraque sensus promere ;
 et grato vultu vitam debere fatentur
 magno LEONI ALLATIO.
 Nec satis est illis animam vitamque dedisse.
 et vindicasse e vinculis ;
 ne graviter lædat, dum non intelligit, ore
 teterrimo ignorantia,
 securamque viam carpant per devia, doctam
 attendit et præfert facem.
 Lætantur laudesque canunt, doctumque per orbem
 doctissimus colitur LEO.
 Phœbi etenim proles, Musarum dulcis alumnus,
 fulcrum ruentis Græciæ est :
 nec minus Ausoniæ decus est et norma loquelæ
 nostrique princeps sæculi.
 Huic laudes gratesque feras, qui magna tuorum
 decora sepulta non sinet.
 Cessa igitur tandem laceros divellere crines,
 et pone frontem nubilam.

CHIOS PATRIA HOMERI ET LEONIS ALLATII.
 EIVSDEM.

Ortu Mæonidis sese Chios inclyta iactat,
 et summum gaudet progenuisse virum.
 Sed metuit, siquidem ancipiti sub iudice certat,
 et differt dubia gaudia lite sua.
 Differat illa licet ; sat erit genuisse LEONEM
 maiorem cunctis Mæonidique parem.

Bibliothèque Casanatense (à Rome) : Miscell. 193. 4°.
 Bibliothèque de M. Ingram Bywater (à Londres).

436 BIS

Titre général du volume :

Syntagmatis historici, seu veterum Græciæ Monu-

